Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 723
Quelle:
Copyright:

ſtis. et plebem uobis commiſſam ad uitam ducere ualeatis et chriſto pręſentare. Qui cuſtodit os ſuum &c. adjiciendo quosdam verſus e *Proverbiis Salom.* de *Silentio*, qui ad rem nihil pertinere videntur.

IX. *fol.* 24. Fragmentum de *Vitis Patriarcharum et Prophetarum.* Non *Iſidori Hiſp. de Vita et Obitu Sanctorum* Libellus, qui extat *Opp.* p. 531. ſed ſuccinctior quaedam chronologia, quae incipit: *Adam Pater generis humani dei manibus de terra fabricatus uixit annis. DCCCCXXX. ſepultus in cariatarbe quę diſtat ab iheruſalem quatuor milibus ad auſtralem plagam. Enoc ſeptimus* &c. Deficit in *Abdia* Propheta, nec eſt, quod doleas.

CCXXVIII. ablatus a. g:

Cod. 653.

27 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 381. f. max. nitide ſcriptus *Matthiae Corvini* juſſu et ſumtibus, auroque et coloribus illuſtratus ab Attavante Florentino, cujus manu *Fol.* 1. *pag. adverſa* legitur: *Attavantes pinſit. Pag. averſa* in eleganti pictura titulum hunc literis aureis quadratis praefert: *In hoc Volumine continentur Epiſtole Sancti Auguſtini Doctoris Eruditiſſimi. Fol.* 2. in Frontiſpicio Regis inſignibus, aliisque picturis illuſtri legitur: *Incipit Liber Epiſtolarum Aurelii Auguſtini Epiſcopi Hiponenſis Doctoris eximii Epiſtola prima ad Voluſianum.* Continet vero Codex Epiſtolas Auguſtini, aliorumque ad illum CXCIII. ut adeo, ſi recte viderunt *PP. Mauriani* in *Praef.* T. II. adſerentes, *quod pauci admodum reperiantur, qui media ſaltem ex parte S. Doctoris contineant Epiſtolas*, rariſſimis merito ſit adnumerandus. Lubet in commodum Collaturorum indicem epiſtolarum noſtrarum texere adpoſitis numeris, ſub quibus in praedicta editione Mauriana Antverp. 1700. habentur.

I. Auguſtini ad Voluſianum in *edit. Maur.* CXXXII.
II. Voluſiani ad Aug. CXXXV.
III. Aug. ad Voluſ. CXXXVII.
IV. Marcellini ad Aug. CXXXVI.
V. Aug. ad Marcellin. CXXXVIII.
VI. Aug. ad Italicam. XCII. Finis: *Moliar explicare.* Quatuor lineae, quae in impreſſis Exemplaribus adjiciuntur, abſunt in noſtro, uti et multis aliis *Codd.* mſs.
VII. Aug. ad Marcellin. CXLIII.
VIII. Hieronymi ad Aug. LXXXI.
IX. Aug. ad Hieron. LXXXII.
X. Alipii et Aug. ad Aurelium. XLI.
XI. Aug. ad Longinianum. CCXXXIII.
XII. Longinian. ad Aug. CCXXXIV.
XIII. Aug. ad Longinian. CCXXXV.
XIV. Aug. ad Bonifacium coepiſc. XCVIII.
XV. Paulinus et Therasia ad Aug. XXV.
XVI. Aug. ad Paulinum. XXVII.
XVII. Paulin. et Therasia ad Aug. XXX.

XVIII.